

MARTYROLOGIUM
ROMANUM,
GREGORII XIII
URBANI VIII.
ET
CLEMENTIS X.

Auctoritate recognitum,

NEC NON
A BENEDICTO XIV.

Auctum, & castigatum.

Accessit huic editioni Eorum memoria, qui à Summis
Pontificibus, usque ad SS. D. N. CLEMENTEM XIV.
Pont. Max. in Sanctorum numerum relati sunt,



AGRABILES DEVS IN CANTIS SUB

MATRITI,
EX TYPOGRAPH. D. ANTONII DE SANCHA.
M. D. CC. LXXIII.



A costa de la Real Compañia de Impresores y Libreros del Reyno.

GREGORIUS

PAPA XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.



Mendato jam *Kalendario*, curavimus (quod antea quoque decreveramus) *Romanum Martyrologium*, nonnullis in locis librariorum typographorumque negligentia mendosum, per viros eruditos ad fidem *historiæ*, quæ rerum gestarum, personarum, locorum, temporum veritate continetur, adhibitis etiam *codicibus vetustioribus* atque *emendatoribus*, corrigi, correctamque, & multis in locis auctum, proposita etiam atque explicata *Epactarum*, *Lunæque* singulis diebus numerandæ ratione, edi, vetustissimoque *Ecclesiæ* more in *Choro* legendum proponi, ad *Dei gloriam*, ad *Sanctorum ipsorum*, quorum memoria celebratur, laudem; ad eorum qui legunt, quique audiunt, fructum. Habet enim *Sanctorum innocentie, charitatis, fortitudinis, cæterarumque virtutum commemoratio* stimulos quosdam acerrimos, quibus tum maxime incitatur, cum illorum propositis exemplis, nostram desidiâ agnoscimus; quamque procul ab illorum laude & perfectione absumus, cogitamus. Mandamus igitur omnibus *Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, cæterisque Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Ordinibus, sive sæcularibus, sive regularibus* quibuscumque *Præfatis*, ut in peragendo *divino in Choro Officio*, omni alio *Martyrologio amoto*, hoc tantum nostrum utantur, nulla re addita, mutata, adempta. Si quos alios habuerint *Santos* in suis *Ecclesiis* aut locis celebrari solitos, eos in hunc librum ne inferant, sed separatim descriptos habeant, eumque illis locum atque ordinem tribuant, qui regulis hic descriptis traditur. Eadem etiam iis qui in *Horis Ecclesiasticis* privatim *Martyrologio* uti voluerint (quod quidem magnopere caperemus ut omnes facere vellent) mandamus, omnibusque aliorum *Martyrologiorum omnium* publicè privatimque in *Ecclesiasticis Horis* usu interdiciamus: *Typographis* etiam prohibemus, ne in posterum hoc nostrum ulla in re minutum, auctum, mutatum edere audeant. Si quis aliter quam hoc nostrum Decreto comprehensum est, fecerit, noverit se in *Dei omnipotentis, beatorumque Apostolorum Petri & Pauli indignationem* incursum. Datum *Romæ* apud *Santum Petrum* sub annulo *Piscatoris*, die *xiv. Januarii* M. D. *LXXXIV.* Pontificatus nostri anno *duodecimo.*

Ant. Baccapadulius.

MARTYROLOGIUM ROMANUM,

Singulis anni diebus juxta novam Kalendarii
rationem accommodatum.

JANUARIUS.

I Kalendis Januarii. Luna.

A

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	*
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	
s	t	u	a	b	c	d	e	f	g	h	m	n	p			
18	19	20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1		



CIRCUMCISIO Dómini nostri Jesu Christi,
& Octáva Nativitátis ejusdem. Ro-
mæ sancti Almáchii mártiris, qui, ju-
bénte Alípio Urbis Præfécto, cum
diceret: Hódiè Octávæ Domínici diéi
sunt, cessáte à superstitionibus ido-

lòrum, & à sacrificiis pollútis; à gladiatoribus oc-
císus est. Ibídem via Appia coronæ sanctòrum
Militum trigínta Mártýrum sub Diocletiano Im-
peratóre. Item Romæ Sanctæ Martínæ vírginis,
quæ sub Alexándro Imperatóre diversis tormen-
tòrum genéribus crutiáta, tandem gládio mar-
tyrii palmam adépta est; cujus festívitás celebrá-
tur tértio Kaléndas Februárii. Apud Spolétum
sancti Concórdii presbyteri & mártiris, tempó-
ribus Antoníni Imperatóris: qui primò fústibus
cæsus, dehinc equúleo suspénsus, ac pósteà in
cárcere macerátus, ibíque Angélica visitatióne
consolátus, demùm gládio vitam finívit. Eòdem

A

die